





DISSERTATIO IVRIDICA

DE

L A V D E M I O

A LIBERIS PARENTIBVS SVIS SVCCESSVRIS
SOLVENDO

QVAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

D O M I N O

C A R O L O A V G V S T O

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE
ET GVESTPHALIAE REL.

PRAESIDE

C A R O L O F R I D E R I C O W A L C H I O

IVR. DOCT. COD. AC NOV. PROF. PVBL. ORD. SERENISS.
DVC. GOTHAN. ET ALTENBURG. CONSILIAR. AVLICO
CVR. PROVINC. SAXON. COMMVN. AC IVRECONS. ORDI-
NIS ADSESS. SCABINOR. COLL. SENIORE SOCIET. LAT.
IENENS. EPHORO ET FLORENTINAE COLUMBARIAE DVISE,
AC BREMENS. LITTER. COLLEGA

D. XVIII. OCTOBR. CIO IO CC LXXVII.

PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI
SVBMITTIT

A V C T O R

HENRICVS EHRHARDVS AB EICHELBERG

EQ. ALTENEVRGIC.

SOC. LAT. IENENSIS COLLEGA

I E N A E

LITTERIS STRAVSSIANIS,

1777, 3 14

70



PERILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO

ERNESTO AVGVSTO
DE STVDNITZ

SERENISSIMI DVCIS SAXO-GOTHANI ATQVE AL-

TENBURGENSIS A CONSILIIS SANCTIORIBVS EIVS-

QVE CANCELLARIO SPLENDIDISSIMO

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO



DELL'ISTE VAGH' ECCELLENZISSIMO

DOMINO

ERNESTO AUGUSTO

DE STUDIIIS

SEMPERITUM DOCTIS SANO-BOTANI ATQUE RE

TEMPERIS A CONULI FANCTIORIBUS EIVS

QUE CANCELLARIO SEPISSIMO

DOMINO MEO GRATISSIMO



PERILLVSTRIS
ATQVE EXCELLENTISSIME DOMINE
DOMINE GRATIOSISSIME,



TIBI, VIR PERILLVSTRIS, confere
cro vitae meae academicae frugum
primitias, utque eas TUA, quam
omnes in TE praedicant, humanita-
te benigne excipias, omni, qua decet, obseruan-
tia rogo. In summis TVIS, quibus excellis laudi-
bus virtutibusque haec vna est e praecipuis, quod
TV litteras amas, musis faues eoque potissimum
eniteris et contendis, ut earum alumni in TE tu-
tissi-

tissimum habeant secundioris suae fortunae praesidium. Itaque spem mihi facio certissimam ad TVAM, quam semper optavi, gratiam aditum et mihi quoque fore paratum. Me measque res, TIBI, VIR PERILLVSTRIS, commendo, deumque precor, ut TE quam diutissime saluum sospitemque in litterarum civiumque salutem conferuet. Id si fecerit, mihi quoque fausta et fortunata quaevis tutissime potero spondere ac polliceri. Ienae die XVIII. Octobris MDCCLXXVII.

NOMINIS TVI

PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMI

CULTOR DEVOTISSIMVS

HENRICVS EHRHARDVS AB EICHELBERG.



DISSERTATIO
DE
L A V D E M I O
A LIBERIS PARENTIBVS SVIS SVCCESVRIS
SOLVENDO

§. I.

INTER laudemia, quae haud vbique vfitata funt
et ideo tanto maiorem merentur attentionem,
non infimum locum tener illud, quod in terris
Bauaricis, Saxonicis, Ruthenicis atque aliis a
liberis parentibus suis succedentibus: imo loco
eorum, a patre praedium suum intra viuos alienaturo, est
soluendum, ac nomine *der Sterbelehnbahre, des Sterbelehns,*
*des Sterbebandlohn*s est notum. Non fere est credibile, quan-
tum lucrentur nobiles aliique domini directi, qui facultate
fruuntur istud exigendi, et per id breui tempore a rusticis
immanes pretiumque praedioli saepius superantes pecunias
extorquent: non potest tamen fieri; quin omnino molestum
A illud

illud sit miseris illis hominibus, hique ad principem eiusque iudicia confugiant; vt quotidianis ipsorum commoti lamentationibus, eos liberare studeant, aut leuare ab eiusmodi onere. Perpetuae itaque atque infinitae de laudemio hoc oriuntur inter rusticos eorumque dominos lites. Nonnunquam temere atque inconsulte istas praediorum possessores iis, quibus dominium ipsorum directum competit, inferre solent, vbi semel ius, tale poscendi laudemium, rite modoque, legibus adprobato, sibi adquisuerunt; experientia tamen quoque docet, dominos directos etiam caussa cadere, saepiusque pronuciari sententias, quae onere hoc rusticos non esse grauandos statuunt.

§. II.

QVI non penitus in iure Romano existit hospes ac peregrinus, eum haud fugit, IUSTINIANVM a) quinquagesimam partem pretii domino directo fundi emphyteutici pro subscriptione instrumenti concessisse, quo ille in alium transfertur. Mihi quidem videtur imperator lege hac domino nouum ius haud tribuere; sed restringere potius id, quod vsu iam per tempus quoddam obtineret, quum eum in finem partem hanc dominis assignari declarat, *ne auaritia tenti domini magnam molem pecuniarum propter hoc efflagitent*: immo addit, *quod usque ad praesens tempus perpetrari cognouimus ac pergit: non amplius eis liceat pro subscriptione sua, vel depositione; nisi quinquagesimam partem pretii vel aestimationis loci, qui ad aliam personam transfertur, accipere*. Omnia haec extra dubitationem sunt posita; nemo tamen arritari debet, haec ex constitutione IUSTINIANI laudemium illud, quod a liberis propter paternum praedium per mortem patris ad ipsos translaturum exigitur, deriuare. Si integram imperatoris huius legem perlegamus, qua quinquagesimam partem domi-
no

a) L. 3. C. de iure emphyteutico.

no directo concessit, eam solum de venditione in extraneum facta loqui videmus. Ne syllaba quidem ibi de successione deprehenditur, eandemque ob causam iurisconsulti, qui legem hanc cum FRANZKIO *cynofuram laudemiorum esse*, persuasum habent; siue vnicam normam, qua illa sunt diiudicanda, in eo conueniunt, quod liberi parentibus successuri eius ad praestationem haud sint obligati, videlicet HARTMANNVS PISTOR *b)*, MATH. COLERVS *c)*, GEORG. FRANZKIVS *d)*, PET. PANCRATIVS KRAVSSIVS *e)*, CHRIST. PHIL. RICHTER *f)*, GEORG. AD. STRVVIVS *g)*, IO. IOD. BECKIVS *h)* atque alii.

§. III.

QVVM iure Romano laudemium nostrum fundatum esse nego: plures sese mihi offerunt rationes, cur me haud falli persuasum habeam, si institutum potius esse patrium statuam, hocque ex maiorum nostrorum institutis deriuandum esse censeam. Concludo illud ante omnia ex eo, quod sit species laudemii. Quoniam tempus fuit, quo omnia patria instituta Quiritum ex legibus deducerentur; neque vllum prius validum atque aequum haberetur, quam si illud cum Romanorum legibus conuenire ostenderetur: non mirum est, quid sit, quod antiquiores iurisconsulti vna fere voce ac mente statuerent, laudemia nostra ex lege illa IVSTINIANI, supra recitata, descendere. Nominare solum ex iis volumus GEORG. FRANZKIVM *i)*, GEORG. AD. STRVVIVM *k)*.

A 2

ac

- b)* lib. I. quaest. 50. num. 59.
c) part. I. decis. 33. num. 5.
d) tract. de laudemis, cap. VII. et laudemii, part. II. cap. XII. obs. num. 28. sq.
e) medulla laudemiorum, cap. VI. num. 13. seq.
f) part. II. decis. 83.
g) Syn. iur. feudalis, cap. X.
h) de iure detractus emigrationis et laudemii, part. II. cap. XII. obs. I. p. 116.
i) loc. citat.
k) Synagm. iuris feud. cap. X. §. 12. p. 791.

AC PET. PANCRATIUM KRAVSSIVM *l*). Quum iis ex recentioribus prudentibus plures, aduersus quos reuerentiam habere nos oportet, castra horum laudatorum virorum haud deferere voluerint; sed in eorundem sententiam discesserint, nimirum IO. IOD. BECK *m*), CHRIST. HENR. SENCKENBERGIVS *n*), FRID. ESAIAS PVFENDORFIVS *o*) ac HENR. EBERHARDVS *p*): deterrere forsan me posset auctoritas horum virorum ab argumento, quo iam vtor, si quidem bene perspicio, originem Germanicam laudemii nostri haud probari posse ex eo, quod species sit laudemii, si istae praestationes generatim spectatae non inuentae sunt a maioribus nostris; sed proficiscuntur ex legibus Romanorum. Libens hoc largior, verumtamen merito quoque animaduerto, alios prudentes multum dissidere ab eruditis hominibus, quos nominavi ac maioribus potius nostris inuentionem laudemiorum tribuere. Licet IO. SCHILTERVS *q*) hac in re haud constans esse videatur ideoque a PVFENDORFIO *r*) adnumeretur iis, qui laudemia ex iure Romano deriuant; ipse tamen ingenue fatetur, magnam esse differentiam inter laudemium ac quinquagesimam IVSTINIANI. IO. GEORG. ESTOR *s*), CAR. FRID. BVRI^t), HENRIC. BROCKES *v*) ac perillustri IO. AVG. HELLFELDIVS *x*) sententiam FRANZII prorsus improbant

- l*) *loc. laudat.* *ehrschazia* vocantur, *codici iur. Alem*
m) *tractat. de iure detrahitus,* *mannici adiecta* p. 628.
n) *loc. mem.*
o) *in onere laudemii deposito,* *Ien.*
p) *primis lineis iuris feudal. §.* CIOIOCCXXXII.
q) *tractat. von den Bauergütern*
r) *observat. iuris Romani,* *rom.* p. 210.
s) *diff. de herede fundi laudemialis*
t) *diff. de herede fundi laudemialis in diuisione hereditatis a laudemio*
u) *non simpliciter immuni,* *Ienac* CIO
v) *Kaiserliche Wahlcapitulation, part.* IOCCII. p. 4.
w) *elementis iuris feudalis,* *cap.*
x) *diff. de bonis laudemialibus, quae* VIII, §. 293. p. 309.

bant laudemiaque ex moribus patriae deriuant. Neque ab his alienum videtur GEORG. LENNEP *y*); singulari vero scripto eandem adprobauit sententiam IO. ERN. SCHROETTERVS *z*)

§. IIII.

his, qui laudemia cum quinquagesima illa IUSTINIANI haud commiscenda; sed a maioribus nostris potius inuenta esse putant, accedere eo minus dubito, quum pluribus ex argumentis luce clarius id adparet. Qui paululum iurium nostrorum et quidem patriorum est gnarus, illud iam colligit ex nominibus, laudemis datis, eorumque diuersitate. Quum ea magna cum curâ collegerunt PET. PANCRATIUS KRAVSSIUS *a*), IO. IOD. BECKIUS *b*), IO. HENR. EBERHARDVS *c*) atque inprimis, qui hoc nomine omnibus antecessit, GEORG. LENNEP *d*), iis recensendis quidem supersedeo: iure tamen notandum est, nullum eorum, licet partim germanica sint, partim ad latinitatem mediū aeuī pertineant, iure ex Romano proficisci, et nequidem illud de vocabulo *laudemium* esse adfirmandum; sed hoc potius longe post publicationem corporis iuris Romani a verbo *laudare* esse confectum *e*). Memoratu inprimis digna est nominum varietas.

A 3

y) von der Leybe zu Landfiedelrecht, tit. III. §. 6. p. 250.

z) progr. de origine laudemior. apud Germanos, Ienae MDCCCXXXIII.

a) medulla laudemior., cap. I. p. 3.

b) tractat. de iure detractis emigrat. et laudemis part. II. cap. I.

c) Betrachtungen über die Laudemien, part. I. p. 8.

d) tractat. von der Leybe zu Landfiedelrecht, tit. III. §. 6. p. 252.

Addas venger, PRAESIDEM diff.

de retrouvénatione a laudemii onere libera, §. I.

e) Sunt qui laudemium a *Lor.* sunt qui a *leudes*; vel *leure*; aut a *lassen*, *lacen* deducunt; eorum tamen coniectura semper mihi probabilis videtur, qui a *laudare*, quod media aetate *consentire* denotabat, verbum hoc deriuandum esse censuerunt; etsi illam recentiori tempore reiecerint *BYRI*, in tract. von den Bauerguttern, p. 186. atque *EBERHARDVS*, loc. citato.

Quoniam antiquiori potissimum tempore plures in Germania nostra habitarent nationes, quae nullo vinculo inter se essent confociatae: non potuit quidem fieri; quin plura instituta ac iura iis essent communia; sed diuersis designarentur nominibus atque ideo ab institutis differrent, quae sub vno nomine a Romanis adoptarent. Dudum litterati homines inter instituta patria ac Romana hoc plerumque animaduertebant discrimen, quod haec sub vno nota sint nomine; illa sub pluribus. Iam ista varietas nominum, quibus laudemium indicatur, eius ad veram nos ducit originem; sed illam non minus inuenimus, si ad differentiam oculos coniciamus, quae existit inter laudemia ac quinquagesimam IVSTINIANI. Distinguuntur hae praestationes in quantitate, quum ea, quae ab emphyteuta fieri solet in quinquagesima parte praedii consistit; minime autem ea, quae possessori praedii incumbit rustici; neque vero minus in eo discrepant, quod solum in emtione venditione quinquagesima IVSTINIANI locum habeat; plerumque vero quamcunque emphyteutae mutationem solutio laudemii sequitur. Eadem ratione quantitas laudemii non semper se refert ad pretium, vti quinquagesima; neque minus alia est ratio, cur petatur quinquagesima; alia autem, cur exigi soleat laudemium, vti inprimis IO. SCHILTERVS *f*), GEORG. HENRIC. AYRER *g*) ac GEORG. LENNEP *b*) demonstrarunt. Tandem certum est atque expeditum, seculo demum duodecimo certa ratione maioribus innotuisse ius Romanum; neque istos antea villo modo eius legibus morem gessisse *i*); laudemia autem ista aetate vna cum praediis rusticis cognita fuisse. Non pro-

f) de bonis laudemialibus, §. VII. p. 621.

g) de diuersitate iuris emphyteutici et iuris villaris, cap. II. §. 12.

b) loc. citat.

i) HENR. CHRISTIAN, L. B. DE

SENCKENBERG, tract. von dem iedertzeit lebhaften Gebrauch des vralten deutschen burgerlichen und Staatsreebs, cap. II. et methado iurisprudentiae, digress. III. p. 95.

uoco ad ea, quae iam in fine seculi decimi ac tertii ab Ar-
gentoratenfibus de laudemis sunt sancita *k*), quum illis
isto tempore iura Romana ignota fuisset, vti animaduertit be-
atus EBERHARDVS *l*), statuere haud possumus; sed potius
ad alia litterarum monumenta, hanc rem optime comprobantia.
Memoratu profecto digna sunt, quae scribit GREGO-
RIVS ille *Turonensis m*): *Peonius huius municipii comita-
tum regebat. Quumque ad renouandam actionem munera
regi per filium transmisit, ille datis rebus paternis, comita-
tum patris ambiuit, supplantauitque genitorem, quem sub-
leuare debebat; alio vero loco n*): *Ducatum a rege expetiit,
datisque pro eo immensis muneribus, quum in muneribus,
quorum hoc loco meminit, verum deprehendimus laudemiu-
um. Vsque eo non progredior, vt OBERTVM AB ORTO
ac GERHARDVM NIGRVM plane ignaros esse iuris Romani
existimarem; iure tamen statuere possum, scriptores hos ab-
stinuisse a praeceptis illius, patriasque saltem consuetudines
litteris consignare voluisse, eandemque ob rem merito ad
eos prouoco, vbi *doni inuestiturae o*) mentionem faciunt.
CONRADVS SALICVS de laudemio loquitur, quod in equis
consisteret atque armis *p*): *Si vero filios non habuerit et
auaticum ex masculo filio reliquerit, pari modo beneficium
habeat, seruato vsu maiorum valuasorum in dandis equis et
et armis suis senioribus; neque minus chartae existunt, se-
culo vndecimo et sequenti exaratae, quae laudemia ista aeta-
te vsitata fuisset, abunde confirmant. In vno ROTROCVS,
comes Perricensis, equitaturas, laudimia, releuamenta, tal-
lias,**

k) apud IO. SCHILTERVM *de
bonis laudemial in comm. ad ius feu-
dale Alemannic. p. 652.*

l) *loc. citar.*

m) *libr. IIII, cap. 42.*

n) *libr. VIII, cap. 18.*

o) *II, F. §. 8.*

p) *Libr. v. de feud. const. I. in
SENCKENBERGII corp. iur. Feud.
p. 432.*

lias, corueias, biannos nominat q): in altero, nimirum testamento Rogerii, vicecomitis Biturri, ceduntur inter varia iura quoque *accapites*; siue laudemia r), ac in tertio legimus: *et si feudatarii, qui accipiant honorem de domino comite, volunt vendere vel impignorare feudum, faciant hoc consilio comitis, aut sui ministri, ita ut dominus comes habeat, de uno quoque solido venditiones unum denarium et de unoquoque solido impignorationis unum obolum s).*

§. V.

NEQUE vero in hoc argumento persisto; sed consuetudinem, laudemium a liberis, parentibus suis successuris exigendi, patriam esse nostraque in Germania natam, non minus probo ex vestigiis illius, quae in antiquissimis temporibus reperiuntur. Si primum oculos coniciamus ad vassallos, qui etiam non; nisi dominium vtile feudi tenebant, recordamur tam *heriotoi*; quam *releuii* domino directo praestandi, si mutatio domini utilis contingeret eiusque alius particeps redderetur. De herioto, quod etiam obseruante CHRIST. GOTTL. BUDERO t) *heriutum, heriutum, beregeat*, pronuntiatur atque idem est, quod alioquin *Hergewette* dici solet, animaduertit HENR. SPELMANNVS v), illud fuisse *militaris suppellectilis praestationem, quam obeunte vasallo, dominus directus reportauit in sui ipsius munitionem*; neque eum errare, constat ex legibus CANVTI x). Confirmat hanc

q) adlegatur illa in glossario manuali ad scriptores med. et infimae latinitatis, tom. IV. p. 349.

r) apud EDMUND. MARTENE, thesauro nouo auctotor. tom. I. p. 410.

s) apud CAR. DV FRESNE, tom. 1. gloss. med. et infimae latinitat. p. 27. ed. Benedictinor.

t) obseruat. iuris publici, feudalis ac Germanici, p. 92.

v) glossario archaeologico, p. 287.

x) legib. Saxonis, part. I. capit. 69. in GVIL. LAMBARDI archaionomia; siue de priscis Anglorum legibus, p. 123. et in DAVID. WILKINS legibus Anglo Saxonis ecclesiasticis et civil. p. 144.

hanc descriptionem imprimis CONRADVS SALICVS y) et vsque eo procedit, vt nec aviaticum; siue vassalli nepotem z), auo suo successurum ab onere hoc liberum esse pronunciet. Si vero filios, inquit, non habuerit, et aviaticum ex masculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat seruato vsu maiorum valuasorum in dandis equis et armis suis senioribus. Non inquiram, num iure potuerit SPELMANNVS a) inuentio- nem huius oneris tribuere CHLODOVAEO: certum tamen est, nec ignotam fuisse hanc praestationem in Germania. Testantur hoc luculenter diplomata a IO. PET. DE LVDEWIG b), ac GEORG. CHRIST. IOANNIS c), publici iuris facta, atque alia recentiora exempla, quae magna cura collegerunt IO. GEORG. ESTOR d), CHRIST. GOTTL. BVDER e), GEORG. LENNEP f), GEORG. MELCH. DE LVDOLF g) ac IO. HENR. EBERHARDVS h). Eadem ratione praestabatur a quolibet, qui in feudo succederet, *releuium*, et licet in eo ab herioto differret, quod, si in proprio sensu sumitur, haud in equis; vel armis; sed pecunia potius numerata consisteret, eandemque ob rem vna cum *herioto* simul peteretur, vti recte animaduertit CAR. DV FRESNE i); vtrumque tamen in eo conueniebat, quod a successore vassalli ob feudum, ad ipsum per hereditatem translatum esset soluendum k) hancque ob causam nonnunquam id *releuium* vocaretur, quod ab aliis dice- retur *heriotum*. Vel minimum id fit in legibus GVILIEL-

B

MI,

y) loco citat.

z) CAR. DV FRESNE, glossario med. et infim. latinizat. tom. I. p. 856. et glossarium manuale tom. I. p. 475.

a) loc. citat.

b) tom. II. reliquiar. manuscrip- tor. p. 301.

c) inprivilegio tabularum veterum, p. 20.

d) tract. de ministerialibus, cap.

II. sect. III. par. XVII. p. 264.

e) loc. laudar.

f) von der leybe zu Landsiedel- rechte, III. S. 6. p. 255. seq.

g) obseru. iuris vniuersi, part. I. obs. 13.

h) loc. excitat.

i) tom. III. glossar. p. 1123.

k) PVEENDORFVS, tom. III. obseruat. iur. vniuersi, p. 123.

MF, regis Angliae, quum haec legimus l): de releuo val-
 uasoris ad ligium suum dominum quietus esse debet per equum
 sui patris, talem, qualem habuerit tempore mortis suae, et
 per eius lanceam et per eius galeam et per eius scutum et per
 eius loriceam et per eius ensem; nisi adeo rebus omnibus desti-
 tutus, ut nec habuerit equum, vel arma pro centum solidis.
 Confirmant quoque hoc iura vetustiora a THOM. GALE col-
 lecta, in quibus legimus: Tainus, vel miles regis domini-
 cus moriens pro releuamento dimittebat regi Angliae omnia
 arma sua et equum unum cum sella; alium sine sella m), alio-
 quin tamen illud in pecunia confutisse, ex functione Henrici III.
 n) Angliae regis, non obscure adparet: neque minus ex iis
 liquet, quae proferunt CAR. DV FRESNE o), IO. COWEL-
 LVS p), HENR. SPELMANNVS q) ac IO. SCHILTERVS r).
 Haec quum in feudis obtinerent ac ideo locum haberet,
 quod dominium in feudo esset diuisum et eius particulam te-
 neret dominus directus: non mirum fuit, quod idem ad
 praedia adplicaretur rustica, quorum dominium non minus
 erat diuisum. Re vera id factum esse, inprimis liquet ex
 decreto, de praediis illis rusticis, quae ebrschatzica vocantur,
 seculo decimo et tertio condito s): receptores autem areae
 dabunt ebrschatz, quoties ex parte illorum, qui sunt Hofe-
 sassen, praedicta area de vna persona ad aliam quocunque ti-
 tulo fuerit deuoluta, quum non sine causa, vti probe mo-
 nent IO. SCHILTERVS t) ac CAR. FRID. BVRI v) nil inter-
 esse iubent, vtrum hoc; an illo titulo bona fuerint adquisita;
 neque

l) apud BVDERVM, obs. iur. publ. p. 94.

m) rom. i. scriptor. Anglicor. Alia loca, quibus heriotum confun-
 ditur cum releuo, collegit CAR. DV FRESNE loc. citat.

n) apud SPELMANNVM, loc. citat.

o) glossario, rom. v. p. 1239.

p) libr. II. institut. iuris Angli-
 ci, tit. II. §. 17.

q) gloss. archaialogico, p. 483.

r) loc. laudar.

s) apud SCHILTERVM, de bo-
 nis laudemial. §. 48. p. 652.

t) loc. laud.

v) loc. mem.

neque vero minus discimus id ex releuio, quod mutato Colono etiam ex praediis rusticis antiquiore tempore solum esse, testantur laudatus BVRI x) ac FRID, ESAIAS PVFENDORFIVS y).

S. VI.

EX his quum luce clarius constat, soluendum fuisse laudemium a quouis nouo praedii rustici possessore, siue illud ad eum per hereditatem; siue contractu inter viuos peruenit; ei, introducto iure Romano, contigit, quod pactis dotalibus, dotalitio aliisque maiorum nostrorum institutis accidit. Auctoritas harum legum tantum penes maiores nostros habebat ponderis, vt omnes suas consuetudines ex iis deriuarent, neque aliter aequas retinendasue putarent, quam si istis eas conformarent: immo eandem ob rem naturam plurium institutorum prorsus immutarent, vbi illa cum aliis, iure Romano, obuiis compararent, ideoque mirum in modum vtrumque ius commiscerent. Quod quum nemo negare potest, qui paululum rerum harum est peritus ac in memoriam reuocat fata dotalitii, nostratibus vsitati et cum donatione propter nuptias comparati; nec non pactorum dotalium, quae in mutua conuersa sint testamenta: non potuit fere fieri; quin iidem prudentes auide arriperent occasionem, laudemii nostris figuram dandi Romanam, quum in codice deprehenderent, quod IUSTINIANVS de quinquagesima cauerat ideoque ad laudemia diligenter adplicarent. Coniiciebant inprimis oculos suos ad transferendi modos, quibus imperator domino emphyteuseos, laudemium exigere permiserat ac simul curate perpendebant rationem, quumque inuenirent, Romano iuri non conuenire, vt quocumque herede ab intestato ac inprimis liberi parentibus suis successuri

B 2

x) loc. excir.

y) obs. iur. vniuersi rom. III. p. 121.

cessuri necessitate laudemium soluendi adstringerentur: eos quoque ab onere hoc liberos declararent. Fiebat hoc iam in iure feudali ALEMANNICO, quod variis in locis Romanorum ius sapit: *Muhn, munss, vnd allerhand zoll vnd alles das gut, das man tze zins leicht das endurfend die nachkommen nicht empfaben alles tzinssgut darf man nicht empfaben, wan der es vm erst empfaebet: die nachkommen sullent geben iren tzins auff den tag, als er vorber kommen ist vnd als in beschaiden wird; damit han sy ir guth bebabt z); neque vero minus alia iura, paullo recentiora, eadem fouebant sententiam.*

§. VII.

EXTRA Saxoniam rarius in prouinciis facultas dominorum, laudemia exigendi, tam arctis circumscribatur limitibus, vt solam illam quinquagesimam Iustiniani pscere permitterent in emtione venditione aliaue translatione inter viuos facienda. Ista sola iuris Romani sanctio recepta est in iure PALATINO a): *von welchem Kaufgelt dem Lebenherrn das gewohnliche Handlohn, auf lateinisch laudemium genannt, zu Erkenntnis seines Eigenthums vnd umb Aufrichtung willen neuer Erbbestandnisbrief von Kaeufer geliefert und gefolgert werden solle; neque minus in ordinationem NASSOICAM b) ad verbum fere translata sunt, quae IUSTINIANVS cauit, quum hanc laudemii descriptionem nobis exhibet: solches Leybegeld, oder Laudemium, ist vermoge der allgemeinen Kayserlichen Rechten pars quinquagesima pretii, das ist, der funfzigste Theil des Kaufschillings, welchen der erste Erbzinnsman aus der verkauften Besserung oder erblicher Nutzbarkeit, geloset hat, vnd seynd beyde Kaufer und Verkaufer, da*

z) cap. CX. in corp. iuris feudalis SENCKENBERGII, p. 89.

b) Nassau Carzenellenbogenische Geriches vnd Landesordnung, part.

a) iur. Palat. prouinc. part. II. I. cap. 7. §. 17. tit. v. §. 7. p. 225.

da nicht ein anders vnter ihnen abgeredet ist worden, ein solches Leybegeld zugleich zu tragen schuldig. Maiorem attentionem merentur ea, quae continet ordinatio prouincialis HENNEBERGICA. Eo nomine alioquin laude est digna, quod conseruat quasdam consuetudines, a maioribus acceptas: verumtamen auctor illius ad laudem perueniens iuris Germanici penitus est ignarus et solum peregrini sequitur principia c): So offt der Hoffmann das Erbgut verkauft, verbaut, oder einigen andern titel, dardurch es aus seinen banden, gewere, nutz vnd gewalt in eines andern Hand, gewere und gewalt verendert, er were Bruder, Schwester oder sonst gefreundet oder fremder, der soll schuldig seyn sein gebubrlich Handlobn wie von alters herkommen vnd gebrauch in den Gerichten do das Handlobn fellt. vnsern Voigten vnd Verordneten dauon zu richten ausgenommen das einer durch Testament, Vermechtuss vnd ordnungen seinen von Recht erklarten Erben, die ohne die Vermechtuss Erben weren bescheidet vnd das Erb continuatiue auf sie komt, die sollen mit den Handlobn verschont werden. Tandem eadem principia adoptarunt NORIMBERGENSES d) in prioribus editionibus statutorum suorum, quum heredes des erbmannes eines bauernes a laudemio plane liberos esse pronunciant: es soll ihnen ohne handlobn geliehen werden: neque villo modo probationem consuetudinis contrariae domino directo reseruant verbis vltimis: Es welle jm dann der aygenherr oder erbherr ichts mit willen daran nachlassen, oder das er nit brieflicher vrkundt oder des aygenherrn buch furprecht das er des gefreyet sein oder anders damit gehalten werden sollte vnd darauff gepurlich erbspflicht sol jm dasselb erb geliehen werden:

B 3

eam-

c) Hennebergische Landesordnung, tit. XXVI. Leg. II. fol. XC. Con-
de ann. CIOXXXVIII. lib. V. spirat hac cum editione ea, quae
tit. I. cap. 3. fol. 58. ann. CIOXXXII. publici iuris est

d) Reformation der Kayserlichen
Stadt Nurenberg, de ann. CIOCLIII.
facta, tit. XXVI. leg. II. fol. CLXI.

eamdem vero ob causam secundum normam iuris OSNABRUGENSIS liberi hominis proprii, parentibus suis succedenti onere laudemiorum sunt exempti. e)

§. VIII.

IN terris, felici imperio ducum Saxoniae subiectis, diuus ERNESTVS, cuius memoriam nulla delebit obliuio, penitus reprobauit laudemia, quae iure Romano non conuenirent f): *Nachdem ofters mannigfaltig geklagt worden, daß die Lehnleute von den Lehnherren mit vermaessiger neuerlicher Lehnwahr beleget vnd beschweret werden, so wollen wir nochmals, daß solches ins Kunstige nicht geschehe, sondern in Faellen da sich die Lehnwahr zu nehmen gebubret, als wo die Gutther verkauft, oder verwechselt und der Kauf oder Wechsel wirklich vollzogen, oder wenn einer sein Gut wiederkauflich verlaesset, oder ein Glaubiger seines Schuldners Gut an Zahlung annimmt, oder wen vnterschiedene Erben zu einem Gut seyn vnd deren etliche ire Antheil daran den andern in der Theilung verliessien, zu denselben verlassenen Antheilen nur die wahrhaftig hergebrachte Lehnwaare gefordert vnd genommen werden sol. Wenn aber nur ein Erbe zum Gut ist, oder der Erben zwey, drey, oder mehr das Lehngut in gleiche portionen theileten vnd keiner dem andern etwas heraus gebe, sondern ein ieder seinen anverbten Theil behielte, oder die Erben saemtlichen das Gut vnuertbeilt besessen vnd einerley Feuer vnd Rauch gebrauchten, oder der Wiederkauf eines Guts auf gewisse alsobald bey dem Contracti erwahnte Zeit, nach welcher verfließung der erste Kaeufer seinen Verkaeuffer das Gut wiederumb mus zukommen lassen, geschehe, so soll zur Bekenntniß der Lehnwaare nur ein Schreibebschilling gereicht werden.* Nachdem aber auch ehemals vorkommen, daß etliche sich vnterstanden haben mogen, die Leute zu Neuerung zu sol-

e) Osnabruk, Eigenthumsordn.

f) Gorkäische Landesordnung, part. II. cap. II. tit. XVIII. p. 148.

über gesamtten Lebenwaare zu dringen, auch bismeilen der Leuten annuthen dorften, in ihre Lebensregister zu schreiben, daß sie vnd ihre Nachkommen die gesamtte Lebenwaare iederzeit entrichten wollten, ihnen auch die Lehen darüber verweigert, ingleichen, daß sich etliche zusammen schlagen, vnd der armen Vnmündigen vnd andern durch Vergewaltigung die gesamtte oder hohe Lebenwaare zur Neuerung aufdringen: so wollen wir solches alles hiermit nochmals ernstlich verbieten vnd abgesch. ffet haben, darum soll man in Emptern Gerichten vnd Staedten darauf gute Achtung haben, damit solche Einfubrung gaentzlich vermieden vnd verbutet werde. Nihil itaque fere omisit ERNESTVS, quod ad extinguendam illam patriam consuetudinem, heredes laudemio onerandi, faceret: neque hoc nomine lex, quam tulit, mutata est sanctione, quam de laudemis vulgavit eius nepos FRIDERICVS secundus anno CIOIOCCXXVII. g). Euenit quidem postea, vt legibus a FRIDERICO III. promulgatis collateralibus aequae ac adscendentibus, vbi praedium censiticum ad illos per hereditatem perueniret onus laudemii imponeretur h): tantum tamen abfuit, vt illud quoque ad liberos extenderetur: vt illi potius recentissima constitutione, quam sapientissimus ille princeps Gothanus tulit, qui iam felicissime his terris imperat, quemque benignissimum numen per longam annorum seriem saluum atque incolumem esse iubeat, ERNESTVS secundus, excipiantur, verbis l): in dessen Gemaesheit soll Kindern vnd Erben in absteigender Linie keine gesamtte oder Sterbelebniswaare von irgend einem Lehenberrren angefonnen werden: Hac ratione solummodo praecepta iuris communis de laudemis adprobabat ordinatio ALTENBVRGEN-

g) fernere Beyfugen zur Landes- 1750.

ordnung, cap. II num. 10 p. 130. i) Mandat von der Lebenwaare,

b) Mandat. von der Lebnwaare, d. 11. Mart. 1774.

d. d. 2. May 1740. et d. d. 5. Mart.

GENSIS *k*) ac solum ratione quantitatis probationem consuetudinis referuabat; cum illa autem decretum FRIDERICI I. in comitiis Altenburgensibus promulgatum omnino conueniebat *l*).

§. VIII.

EVENIT quidem per has leges, ut usus laudemii, mortis causa, a liberis solvendi, multis in locis exspiraret; nemo tamen arbitrari debet, illud per id penitus in Germania esse abrogatum. Accidit potius in laudemis, quod contigisse scimus in pactis dotalibus, aequae ac dotalitici, quumque ea, quae ad habitum iuris Romani formata essent, Germanica non cogere possent, ut se ubique in fugam conicerent; sed non minus sub nomine *pactorum dotalium, dotalitiorumque simplicium* retinerentur: multis quoque regionibus Germanica illa laudemia, in quavis mutatione a possessoribus praediorum praestanda, variis modis sunt conservata. Fiebat id partim *legibus scriptis*; partim *non scriptis*. Inter illas non referamus eas, quae solum praecipere, ut, si ad plures liberos devolueretur praedium rusticum, hocque divisione facta ad unum eorum perveniret, ille laudemium ob portiones reliquorum coheredum, in ipsum translata, solueret. Mihi non quidem ignotum est, hac de re magnum inter iurisconsultos fuisse discrimen, atque sunt, qui cum GEORG. FRANZKIOM), CASP. ZIEGLERON), CAR. FRID. BVRI O), ac FRID. ES. PVFENDORFIO p), rusticis ita fauent, ut

k) Altenburgische Landesordnung, num. 59.
part. II. cap. II. tit. XVIII. p.

174.

l) Sammlung verschiedener von Zeir der publicirten Landesordnung, des Fürst. Altenburg ergangenen Gesetze p. 154.

m) tract. de laudemis, cap. VIII.

n) *concl. ad aur. prax. Calvol. §. nobiles, num. 273.*

o) *Erleuterung des Lehrsrechts, p. 887.*

p) *observat. iuris universi, tom. III. p. 124.*

vt nec isto in casu eos ad soluendum laudemium obligatos esse existiment. Verum enim vero iniuria fieret dominis directis, vbi ipsis laudemium denegare vellem, si plures coheredes, in diuisione hereditatis, vni praedium relinquunt. Ex ipsa lege IVSTINIANI ad id sunt obligati, vt HARTMANN. PISTORIVS *g)*, MATH. COLERVS *r)*, BENED. CARPZOVIVS *s)*, IO. PETR. DE LVDEWIG *t)*, DAV. GEORG. STRVBE *v)*, HENRIC. BROCKES *x)* ac IGNAT. CHRIST. LORBER A STORCHEN *y)* pluribus argumentis ostendunt, ideoque nec leges, quae hanc obligationem coheredibus imponunt, quidquam continent, quod a iure Romano alienum est atque consuetudinem sapit Germanicam. Respicio potius ad alias leges, quae corroborant id, quod de laudemii a maioribus nostris scitum est atque ab iis reperendum.

§. X.

REFERO ante omnia illarum in numerum eas sanctiones, quibus quidem ea, quae IVSTINIANO placuerunt, confirmantur; simul autem dominis directis probare permittitur, aliis quoque in casibus sibi licere secundum consuetudinem rite introductam; vel conuentionem, cum possessoribus praediorum rusticorum initam, exigere laudemium. Quod quum haud statuisset; nisi rationem habuissent iuris illius Germanici non scripti, quo laudemium solam ob mutationem do-

C
mini

- g)* *part. I. quaest. 50. num. 56. lis in diuisione hereditat. a laudemio non simpliciter immuni, Ienae c10*
r) *decif. XXXIII. num. 35.*
s) *part. II. const. XXXIX. def. 100CLII.*
t) *diff. de coherede fundum emphyteuticum; siue censiticum laudemialem in solidum accipiente, detracta sua rata ad soluendum laudemium vel maxime obligato, Bambergae c10*
v) *in den gelebrten Anzeigen, rom. 11. num. 67. p. 336.*
x) *in access. iuris villicalis, p. 193.*
y) *diff. de herede. fundi laudemial. 100CLVI.*

mini utilis est) solvendum, clare hoc per id ratum habent. Memoranda merito est ordinatio VINARIENSIS, quae ducuntorum ante annorum spatium lucem adspexit. Duplex eius in manibus litteratorum existit editio. Quum priori, quae vulgata est ann. CIOCLVI sequentia legimus verba z): *wann aber die Lehenherren oder Lehenleute versterben, oder, sich sanften Vevaendrungeu zutragen, so solle zu Bekentnis der Lehen ein Schreibeschilling gereicht werden: es were denn Sach, das es iemandes vber rechtsverwehrte Zeit geruiglich anbergebracht vnd geubt hette: eadem retinentur in recentiore editione; verumtamen sapienter ita simul prospicitur dominis vtilibus: a) Nachdem vns aber biebeu glaublichen anders langet, das etzliche sich vnter stehen, die Leute zuv Neuierung zu solcher gesamtten Lehenwahr zu dringen, auch bisweilen den Leuten anmubten dorfen in ihre Lehenregister zu schreiben, das sie vnd ihre Nachkommen die gesamtte Lehenwahr iederzeit entrichten wollen, ihnen auch die Lehen daruber verweigern solleu: ingleichen das sich etzliche zusammen schluchen vnd den armen vnmundigen Witman, vnd andere per quantam concussioneu die gesamtte oder hohe Lehenwahr zur Neuierung aufzudringen: so wollen wir solches alles hiemit ernstlich verboten haben. Quum priorem ordinationem serenissimi duces, qui quondam terris Coburgensibus b) imperarent, recipere, per id factum est, vt simili ratione iuribus domini directi pro-*

z) der durchl. hochgebohrnen Fursten vnd Herrn, Herrn, Iobans Friderichen des miltlers, Herrn Iobans Wilhelm vnd Herrn Iobans Friderichen, des Iungern, Gebrudere H. z. S. Pollicey vnd Landesordnung. CIOCLVI. tit. XVI.

a) den durchl. hochgebornen Fursten vnd Herren, Herren Friedrich

Wilhelms vnd Herren Iobansen, Gebrudere, H. z. S. Pollicey vnd Landesordnung. Ienac, CIOCLXXXV. tit. XXIIII.

b) der durchl. hochgebornen Fursten vnd Herrn, Herrn Iobans Friderichen, cet. Pollicey vnd Landesordnung de anno CIOCLXXX. tit. XVI.

prouiderent; neque vero minus illud fiebat in antiquioribus legibus in Saxonia electorali conditis. Quum MAVRITIVS atque AVGVSTVS, duces Saxoniae, fratres, de laudemis haec cauissent e) wir wollen auch vnd gebieten, daß die Burge-re in den Staden vnd andere in vnsern Amten oder sonst mit der Lehnwaare nicht ubernommen, sondern darin die alte Gewohnheit vnd das vnuernünftliche Herkommen gehalten vnd wo daselbige mit Bestand nicht eingeführt gar nicht vnter keinerley Schaden vnterstanden werden: paullo post ab AVGVSTO accuratius est res definita, ita vt quidem, liberos patri succedentes oneri laudemii regulariter haud subiectos esse declaret; consuetudinem tamen contrariam, iis in locis, quibus recepta est, haud improbet; sed eam potius confirmet d). Eadem ratione principia iuris communis in iure ANHALTINO e) MAGDEBURGICO f) ac HOHENLOHICO g) eatenus saltim adprobantur; quatenus iis consuetudo rite recepta haud repugnat; cum iis vero coniungere debemus reformationem NORICAM recentiorem. Supra iam tradidi, quam exceptionem NORIMBERGENSES in prioribus suis editionibus adiecerint regulae, quam de laudemis iure ex civili formarent. Tendeat solum in fauorem domini utilis; vbi vero denuo ius suum renouarent, memores sine dubio fuerunt pristinae illius consuetudinis, a quolibet nouo possessore laudemium exigentis, hanc ob rem rationibus domini directi consu-

C 2

lere

e) Ausschreiben Churf. Moritzens, vnd Herrn Augusti, Gebrudere, Herzoge zu Sachsen, die Policy, Iustiz vnd andere Articel belangend, den 12. Nouemb. CIOIDL. tom. I. cod. Augustei, p. 38.

d) Churf. Aug. sonderliche constitutiones, d. d. 21. April CIOIO LXXII. tom. I. cod. Augustei, p. 131.

e) Anhalt. Landesordnung, tit. XIII. p. 41.

f) Magdeb. Policyordnung cap. XXXVII. §. 13. et 5. apud MYLIUM, in corp. const. Magdeb. part. III. p. 181.

g) der Graffschafft Hohenlobe gemeinames Landrecht, part. III. tit. VIII. §. 6.

Iere voluerunt hocque nomine modo memoratam exceptionem ita formarunt: *es were dann, das mit brieflichen vrkunden oder sonst glaublich furgebracht wurde, das er deselben gefreyet, oder anderst damit von altersher gehalten worden b).*

§. XI.

AB omnibus his iuribus, solum tacite consuetudinem laudemii, a liberis parentibus suis successuris praestandi, corroborantibus, alia sese distinguunt, quae nominatim eius mentionem faciunt et eam vel pure; vel quatenus probari possit, confirmant. Eminet in iis ius BAVARICVM, quod iam initio superioris seculi est conditum, et haec iubet *i)* *So oft sich ein enderung mit dem Leben begiebt, es sey d.ß der Lebenmann versturbe oder solches sonst aus seiner Hand vnderet — — so ist man Leben zu empffen schuldig. Determinat dein ipsam laudemii quantitatem, quae sit praestanda, ac solum duplicis laudemii petitionem prohibet: es soll auch kein Lebenerr auf absterben des Lebenmanns fur den Todfall einen sondern vnd von den gesambt n Erben wiedervumb einen sondern Lebnrathe fordern, sondern an einen Lebenraich benuegt seyn. BARVTHINA* quidem constitutio nomine des Lebengelds haud vitur, vbi, quid praestandum sit a heredibus, definitur; sed ipsis solutionem des Todenfalls imperat *k).* *Es sind die Erben, wan deren mehr als einer schuldig. anfanglich zusammen das Leben zu empffen, wobey der gewohnliche Todenfall vnd weiter kein Lebengeld entrichtet wird: in Saxonia autem non minus consuetudo, a liberis*

b) der Stadt Nürnberg verneure
Reformation de ann. MDCLXIII.
tit. XXIII, leg. 13.

8. p. 258.

i) Bayr. Landrecht, tit. XII, art.

k) Brandenb. Culmbachsch. Lawe
deconstituzion, p. 48.

beris successuris laudemium poscendi legibus recentioribus certa ratione est adprobata. Elector SAXO *l)* mandato determinavit, qua ratione eius probatio sit instituenda ac simul illam in quibusdam suis provinciis, ad translationem praedii, a patre viuo in liberos suos factam, extendit *m)*; diuus autem FRIDERIGVS, Dux Saxo Gothanus atque Altenburgensis, in ducatu Altenburgensi sanxit *n)*: *das kunftig bey denjenigen Gerichten, wo das Sterbelebñ erweislich hergebracht ist in solchen Faellen, wenn jemand seine besitzende Gutber seinen Erben annoch bey seinem Leben vberlaest, die Erben nur alsdenn von der Entrichtung des Sterbelebns frey bleiben sollen, wenn der Vberlasser das 6ste Jahr noch nicht beschriftet bat, dabingegen die hergebrachte Sterbelebñwaare vnnueterlich entrichtet werden soll, wenn ein Besitzer seine Grundstucke noch bey seinem Leben aber erst nach zuruckgelegten 6ostenlabre seinen Kindern oder sonstigen kunftigen Erben oder auch einem Dritten vberlassen wurde: es waere dann daß durch gültige Vertraege ein anderer Terminus hergebracht, oder in denen Erbregister bestimmt waere, in welchem Fall es bey solebem das Bewenden behaelt.*

§. XII.

QVEMADMODVM laudemium legibus his scriptis conseruatum est; ita id non minus contingit consuetudinario iure. Locum illud iam habuisse antiquiore aetate, neque excogitatum

l) Generale wegen der Sterbelebns, R. d. 9. Nou. CIOIOCLVII. tom. III. cod. Augustei, p. 379.

m) cod. August. tom. III. p. CIO
CCCCII.

n) Mandat Id. d. 12. Iun. CIOIO
CCCCXX, Simili ratione laudemium

quoddam a liberis soluendum est secundum statuta Francohusana, quae in ven. PRAESIDIS Beytraegen zum deutschen Rechr tom. I, p. 193. lucem adpexerunt, lib. II, art. 50, p. 290.

tatum solum nostris temporibus a dominis directis, quorum auaritia vsque eo procedit, ut deuorare videantur bona rusticorum suorum, conicere licet ex querimoniis, quae de laudemis suo tempore, quo parum adhuc dominis directis prospiceretur, habuit GEORG. SPALATINVS o), quum verba sequentia memoratu profecto digna profert: *desgleichen mit der Lebenwaar, die etzliche Lebenherren izt so hoch treiben das man daruber im Himmel klaget: dan es ist ibe tzuviel das man die Lebenware so hoch treibet, das vil Wittbin und Weisen erblos müssen werden*; verumtamen facili negotio locupletiores testes producere possumus, qui hanc rem comprobant. Notatu profecto dignum est, quod iam antiquiores scabini LIPSIENSES oo), IACOB. SCHVLTESIVS p) AND. KNICHEN q) MATHIAS WESENBECIUS r) animaduertunt vbi ad quaestionem perueniunt, num a liberis petendum sit laudemium, si parentibus suis succedunt? Decidunt quidem illam ex principiis iuris communis ea ratione, vt liberis onus hoc non imponendum esse censeant; omnes tamen in eo conspirant, quod regula haec haud obtineat, si contraria introducta sit consuetudo. Profecto nemini eorum exceptio ista in mentem venisset, si eis loca haud cognita fuissent, quibus illa sit a maioribus adprobata; GEORGIVS VERO FRANZKIVS ac BENEDICTVS CARPZOVIVS luculentius rem comprobant. Exhibet ille duo responsa a iurisconsultis IENENSIBVS initio superioris seculi lata. Denegant quidem nobili cuidam laudemium, quod

o) in 10. ERNEST. KAPPII *STORIS quaestionum iuris communis et Sax. part. I. quaest. xxxvii. p. 178.*
 oo) in der Schoppen zu Leipzig *q) de vestitur, pactionibus, lib. Vrteln, quae antiquioribus speculi Saxonicis editionibus adiecta sunt, 11. cap. 4. no. 204, in eius operibus p. 422.*
 p) *confil. part. I. conf. 16. num. I. p. 589.*
 r) *confil. part. I. conf. 16. num. I. p. 589.*

quod a liberis patri suo succedentibus et extraneo praedium paternum vendentibus, praeter illud, quod ipsi ob emtionem compereret, petat; simul tamen claris verbis rationem in eo ponunt, quod laudemium mortis causa solvendum, introductum esse, non probari possit: *sondern es lezt sich ewer Juncker in Mangelung einer der gesambten vnd sonderbahren Lebenwahren halben eingefubrtten beständigen Gemohnheit an dem eingegangenen einfachen Lehn geld der 200 Gulden nicht vnbillichen begnugen s)*: Altero dominum directum, qui ipsis retulerat, se ius laudemium mortis causa possidendi possidere; *welcher gestalt die saemtliche Zins und Lehnleute vff iede vnd alle Faele, wann sich mit den Besitzern der Gutber, durch Todesfall oder anderen gestalt Verenderung zutragen, von hundert funf Gulden zum Lehn geld dem Herkommen nach zu entricthen schuldig, in ista possessione tuendum esse censent t)*. LIPSTENSES eodem tempore vno responso consuetudinis mentionem faciunt, *dass nach Absterben dee Erbzinsmannes dessen Kindere die gesamte Lebenwaar geben müssen v)* atque altero, domino probationem iuris a liberis laudemium exigendi reseruant *x)*. Similiter eiusdem rei locupletissimus testis existit CHRISTIAN. PHIL. RICHTER *xx)*; sed satis abunde haec comprobant, eiusmodi consuetudinem maioribus nostris non inusitatam fuisse, illamque multis adhuc vigere locis, extra omnem dubitationem est positum. Miseri illi homines, quorum ceruicibus onus hoc impositum est, locupletissimi eius rei sunt testes, eumque

v) s) apud GEORG. FRANZKIVM, LXXXVIII. p. 169.
vact. de laudemiiis, cap. 8. p. 124. x) reperitur illud in BENED.
 2) apud eundem loc. laudar. cap. CARPZOVII *iurisprudencia forensi*
 III. p. 39. *part. II. const. XXXVIII. def. 22.*
 3) profert illud BENED. CARP- *xx) decis. LXXXIII. p. 219.*
 ZOVIVS, *lib. I. tit. VIII. resp.*

que, qui illam in dubium vocare vult, rerum forensium profus ignarum esse oportet atque in iis hospitem.

§. XIII.

LAVDEMIVM, quod a liberis exigitur, parentibus suis successuris, pluribus designari solet nominibus. Non fallor, si antiquiora a recentioribus distinguo. Inter ea, quae quondam nota fuerunt, referre possumus *beriotum*, *releuium*, *accaptamentum*, *muta*, *mutagium*, *mutamentum*, *mutaticum*, ac *avocapivis*. Quum ex iis, quae supra tradidimus, iam satis patet, duo priora reuera laudemium illud denotasse, quod a quouis successore domini utilis eius post obitum esset praestandum, plures chartae certiores nos faciunt, *accapitum*, *accapites*, *accapitamentum*, paullo quidem latiorem sustinuisse notionem et in quavis mutatione domini praestari debuisse; nihilo tamen minus locum habuisse, ubi liberi parentibus succederent y). Multo maiori iure hoc de *muta*, *mutagio*, *mutamento* est adfirmandum z); nonnunquam tamen veteres graeco vocabulo supra memorato vfos esse, ubi id designare voluerint, quod successores ob praedium ad ipsos translatum domino soluerent, obseruat ANTON. DADIN. ALTESERRA a). Haec de antiquioribus nominibus: nostra vero aetate vocatur *der Anfall b)*, *der Toddenfall*

*) CAR. FRID. BVRT, von den Bauergubern, p. 14 ac glossarium manuale, tom. I. p. 34. IO. SCHILTER de bonis laudemial. §. 52. ac GEORG. LENNEP, von der Leybe zu Landsedelrechts, tit. III. §. 6. p. 167.

z) Glossarium manuale, tom. III. p. 790.

a) de feud. Gall. cap. 14. et

GEORG. LENNEP von der Leybe zu Landsedelrechts, lib. III. §. 6. p. 167.

b) Bayr. Landrecht, tit. XXI. art. 21. p. 209. Descendit quoque hoc a vocabulo aliud verbum, praesertim iuris feudalis cultoribus non ignotum, *das Angefaelle*, vti probe animaduertit, IO. SCHILTERVS, glossar. reuton. p. 49.

denfall c), das Bestehbandlohn d), das Sterbelehn e), Sterbelehnwaare f), Erblehnwaare g).

§. XIII.

QVVM laudemium mortuarium; siue *das Sterbelehngeld*, si veram eius indolem definire volumus, nihil aliud est; quam *laudemium*, quod post mortem domini utilis eius a successore ob possessionem praedii rustici, in ipsum translata, est solvendum: prius cogitari nequit; quam si is, qui praedium adhuc tenuit rusticum, viuis eximitur et per mortem suam ad heredes suos transfert; vbi autem id euenit, nil interest, vtrum testamento scripti; an heredes sint ab intestato: nec refert, vtrum a defuncto descendant; an ei a latere sint iuncti. Aliter tamen res se habet, si vnum: aliter, si plures heredes possessor praedii defunctus reliquit. Si prius contingit, semel tantum a herede exigi potest sub nomine *des Annehmelehn*; vbi vero in plures heredes deuoluitur praedium, euenire nonnunquam solet, vt duplici praestatione consistat memoratum laudemium, quarum altera *die gesamte Lebenwaare*, altera vero, *die besondere Lehnwaare*; vel *Annehmelehnwaare* dicitur. Denominationes has maioribus nostris cognititas fuisse, ex eo colligendum est, quod iam in ordinatione provinciali VINARIENSI, gg) *der gesammten Lebenwaare* mentio fiat, ac BENED. CARPZOVIUS h) vtroque nomine *das gesamte ac*

D das

c) Brandenburg. Culmbachische 1302.

Landesconstitution, p. 48.

d) Hohenloisches Landrecht, part. III. tit. 8. §. 6. p. 89.

e) Zweite Sammlung verschiedener von Zeit der publicirten Landesordnung des Fürstenthums Altenburg ergangenen Gesetze p. 246. et cod. iur. Augustei, tom. III. p. 379. 308.

f) H. S. Gorb. Patem d. d. II. Mart. 1774.

d) IOH. GOTTL. KLINGNER, in denen Sammlungen zum Dorff und Bauwrecht, tom. IV. cap. II. p. 91.

gg) tit. XVI.

h) loc. cit.

das sonderbare Leben utitur. Quum veteres vocabulo *gesamt* i) praesertim in feudis vterentur, hocque ex dicendi formulis, *gesamte Hand, gesamtes Lebn, gesamtneiß, gesamtsechafft, k)* liquet, denotat *die gesamte Lehnwaare*, illud *laudemium*, quod plures heredes ante diuisionem soluunt hereditatis: *das sonderbare* autem sine dubio originem suam trahit a *Sonderung*; siue *diuisione*, l) quumque illud prius cogitari non potest, quam si praedium diuisione hereditatis facta, ad vnum coheredem peruenit, vocatur *laudemium*, quod quis ob praedium ad ipsum in diuisione hereditatis deuolutum soluit.

S. XV.

Si quis tale laudemium exigere vult a liberis, rite demonstrare debet, ipsi facultatem, illud petendi, competere. Quum secundum ea, quae supra tradidimus, antiquiori tempore probatione hac non opus esset, ac sine dubio memoratum ius colligi posset ex natura domini directi: nostra tamen aetate alia rerum existit facies, postquam introductis legibus

i) Descendit hoc a particula *sama*, quae penes Anglo Saxonos, Francos, Alemannos, atque Islandos usitata fuit, quae iam TATIANVS, cap. v. v. 12. vsus est. Deriuanda ex illa sunt plura vocabula, *samebirvan*, coniuges *samwiste* coniugium *Sammale*, coniuges, *Samnyrkan*, cooperarii, *samfara*, societas, *Samlag*, coniugium, *Samlendur*, populares *sammten*, vel *Somaron*, colligere, *Kesemane*, consilium, *Samanunga*, coenobium, atque alia, vti copiosius monstrarunt, IOH. LÖCENIUS *antiquitat. Sueo-Gothicis*, p. 143. IOH. GEORG. ECCARDVS, not. adleg. *falic. 16. et catechesi Theodisca*, p. 108. IO. SCHILTER, *glossario reuzonico*, p. 700. IO. GEORG. WACHTER, *glossario germanico*, p. 1353. HIERON. PEZIVS, in *glossario. rom. III. scriptorum rerum Austriarum* adiecto, voc. *Samlung* et IO. GEORG. HALTAUSIVS, *glossario germanico mediacui*, p. 678.

k) HALTAUSIVS loc. citat. l) IO. GEORG. WACHTER, *glossario*, p. 1539. cui VERELIUS in indice vocabulo *sunder*, *seorsim*, est iungendus.

gibus Romanis, rustici iura sua mirum in modum extendunt, praesumptionemque pro libertate praediorum suorum sibi adquisuerunt. Bene scio, fuisse quoque inter recentiores, qui illam impugnarent, *m*); frustraneum vero laborem susceperunt, aliique cum 10. LEONH. HAVSCHILDIO *n*) eiusque defensore *o*) pro rusticis strenue pugnarunt. Tanto meliorem habent causam, quum principes rationibus ipsorum legibus, quas tulerunt, optime prospexerant; hoc vero posito longe ille falleretur, qui laudemium a liberis petit, si existimaret, illud ipsi ideo competere, quod quondam in Germania ob quamvis mutationem dominii illud esset solvendum. Ostendere potius semper debet fundamentum iuris, quod sibi vindicat; mox tamen illud ex lege: mox ex facto deriuare potest *p*). Si ad legem prouocat, probe distinguendum est, vtrum sit *lex scripta*; an *consuetudinaria*. Quantum scio, solummodo in BAVARIA *q*) aequae ac prouincii BARVTHINIS *r*) leges sunt, quae hac ratione fauent dominis directis, vt ipsis quoque facultatem laudemium a liberis petendi tribuant; nec dubium est, quin hac in re adhuc valeant, dominusque ibi ad illas solum prouocare queat, qui memoratum laudemium exigere velit. Celeberrimus ille iuris

D 2

Baua-

m) 10. GEORG. ESTOR, in *diff. de praesumptione pro libertate naturalit. contra rusticos*, IENAE C1010CCCXXXII et IOACH. 10. REINECVS *de rustico quondam seruo*, ibid, C1010CCXLV.

n) in *denen iuristischen Abhandlungen von Bauern und deren Frohndiensten, auch der in Rechten gegründeten Vermuthung ihrer natürlichen Freyheit*, DRESDAE C1010CCLXXXI.

o) B. S. ICII *Hannoverani, assertio-*

ne de rusticorum libertate et operis, HANNOV. C1010CCL.

p) AVG. LEYSER *diff. de probatione laudemii per libros censuales, et litteras inuestiturae*, quae in eius *medir. ad pandect.*, vol. XII. part. II, exstat, §. XIII. p. 161.

q) *Bayrisches Landrecht*, tit. XII, art. 8. p. 238.

r) *Bayreuthische Landes-confliction*, p. 48.

Bauarici interpres, CASP. videlicet SCHMIDIVS §) filium tantum eo in casu liberum esse statuit ab hoc onere, vbi vna cum patre simul in possessione praedii per inuestituram esset constitutus, hocque nomine memor existit praeceptorum, quae alioquin iurisconsulti de laudemis tradunt. Si rem curatius consideramus, superfluam esse deprehendimus exceptionem, quam regulae iuris Bauarici adiciendam censuit ideoque eam silentio penitus praetermisit alter ille Bauariae Tribonianus, perillustris L. B. de CREITMAYER §) generatimque laudemium a quouis herede soluendum esse tradit. Eadem ratione constitutio Baruthina adhuc per nouam haud est mutata: num vero tali lege liberorum nominatim mentio fieri debeat; an sufficiat heredes oneri laudemii generatim subiecti, quaestio est, quae merito a nobis est tangenda. Profert eam: ro. 1000CVS BECKIVS v). Decidit illam ea ratione, vt nisi lex talis liberorum nominatim mentionem faciat, eam illis nocere neget: ego vero eius ab sententia longe remotus sum, quumque etiam eiusmodi sanctionem secundum regulas artis hermeneuticae interpretandam esse censeo: non possum; quin statuam, non opus esse, vt liberorum claris verbis in iis mentio fiat; sed ad illos quoque istam merito extendi, vbi generatim heredes laudemium soluere iubeat.

§. XVI.

- §) *commentar. ad ius municipale Bauar. tom. II. p. 746.* laudemis, cap. III. p. 32. STEPHANVS GRATIANVS, *discept. forens. libr. I. c. 377.* IO. IOD. BECKIVS, *loc. laudar. p. II.* quibus quoque CASP. HENR. HORNIVM, *consultar. responsor ac sensensur libro, class. XVI. resp. XIX. p. 1262. et collecti. nouae consiliorum iuridicorum Tubingensium, vol. VIII. consil. XXVIII. p. 200. iungas.*
- §) *in dem Grundriß der gemeinen und Baierschen Priuarrechtsgelehrsamkeit, part. IV. cap. 7. §. II. p. 33.*
- v) *tractat. de iure detractionis, emigration. et laudemii, part. II. cap. 12. abs. 5. p. 119.*
- x) *PETR. PANCRAT. KRAVSIUS medulla laudemior. cap. 6. num. 19. p. 20. GEORG. FRANZIVS, de*

S. XVI.

QVVM in terris, quibus lege clara onus laudemii liberis parentibus successuris, est impositum, dominus directus eius sine vllis ambagibus particeps fieri potest: maiores in difficultates dilabatur, vbi in *lege non scripta*; siue *consuetudine* fundamentum iuris, illud a liberis exigendi, ponit. Ei id licere, nemo profecto in dubium vocabit, qui perpendit, consuetudinem vim legis habere hancque ob causam secundum praecepta iurisconsultorum in laudemii consuetudinis rationem habendam esse ac simul ad leges Germanicas, a me supra memoratas, respicit, quibus claris verbis, praeceptis iuris communis de laudemii consuetudinem rite introductam derogare, est cautum *y*. Quod quum iurisprudentes adfirmant, omni delectu ac discrimine remoto: nec distinguimus, vtrum lege ante introductionem consuetudinis lata, liberi ab onere laudemii sint liberati; an id haud sit factum, vt iam scite monuit AVG. LEYSERVS *z*), quum consuetudo quoque introduci potest, obseruante DIETR. HERM. KEMMERICH *a*) contra legem expressam; quodcunque vero de consuetudine generatim spectata valet, illud etiam in ista obtinet, de qua iam loquor. Quae quum ita sint: actus, quibus consuetudo haec introducta est, ita comparati esse debent, vt illi ipsam producere potuerint. Ante omnia necesse est, vt actus in ipsa solutione laudemii domino directo eius iussu a liberis parentibus suis succedentibus facta constant, ideoque sola eius exactio haud sufficit *b*); ii autem simul 1) a pluribus 2) certo temporis spatio 3) ex opinione necessitatis: 4) repetiti esse debent.

D 3

y) Supra §. x. sunt nominata. *a*) *diff. de probatione consuetudinis et obseruantiae.* Ienae 1710. CCXXXII.
z) *diff. de probatione laudemii per libros consuales et litteras inuestiturae.* vol. XII. medietas. ad paucos. *b*) LEYSER, loc. citat.
 Mart. II. p. 163.

debent. Quum CHRISTIAN. THOMASIVS *c)* ac DIETR. HERM. KEMMERICH *d)* a pluribus actus, qui consuetudinem producere possunt, esse suscipiendos, docent: eo maiori iure, a plurium praediorum possessoribus laudemium, vbi parentibus succedunt, soluendum esse censemus, quia dominus directus, si saltem intra tempus ad consuetudinem introducendam necessarium, ab vnus praedii possessoribus, qui a parentibus suis praedium acceperunt, iure hereditatis, laudemium nactus est, ius quidem intuitu huius praedii, laudemium a liberis postcendi, acquirit; minime vero illud aliis nocet, eosque huic subiicit oneri *e)*. Neque minus necesse est, vt actus hi certo temporis spatio sunt peracti. Reperitur illud in quacunq; consuetudine: tantum tamen adest, vt immemorabile tempus requiram cum AVG. LEYSERO *f)*: vt spatium ordinarium praescriptionis sufficere arbitrer, eundemque in finem in Saxonia tempus XXXI. annorum VI. septimanarum ac III. dierum: aliis autem prouinciis spatium quadraginta annorum requiram *g)*. Eominus id statuere dubitamus, quum recipi posse, doctores pluribus ex rationibus, quibus multam inest ponderis, docent; nostrae autem sententiae alii iuris consulti fauent *h)*; nec iura Germanica, quae hac de re quidquam

e) diff. de iure consuetudinis ex obseruantiae §. XVI. Exstat illa in eius dissertationibus academicis, rom. II. p. 283.

d) diff. de probatione consuetudinis vel obseruantiae sect. I. §. III. P. 8.

e) Non refragatur sententiae nostrae constitutio Saxonica, quae ann. MDCCCII. est vulgata; ac rom. III, codicis Augustei part. p. 319.

denuo prodit et potius eo nomine memoratu digna est, quod eandem tangit quaestionem, quam iam in medium protuli.

f) loc. memorat.

g) loc. laudar.

h) PET. PANCRAT. KRAVSSIVS, medulla laudemior., cap. VII. p. 84. IO. IOB. BECKIUS, tract. de iure detractus, emigrat, et laudemior. p. II.

quam tradunt, ei aduersantur. NORIMBERGENSIA *i*) ae-
 que ac HOHENLOICA *k*) iubent, vt recepta sit haec constitutio
 von Altersher. Cum his legibus conspirare videtur vetus
 lex SAXONICA *l*), quae desiderat *eine alte Gewohnheit vnd*
ein vnuerneinliches Herkommen, atque ANHALTINA *m*), quae
 praecipit, daß das Wiederpiel aus alten beglaubten Saalbu-
 chern vnd Zinsregistern deutlich vnd klar zu erweisen; alia
 vero constitutione VINARIENSI *mm*), SAXONICA *n*) aequae
 ac MAGDEBURGENSI *o*) cautum est, vt tempus, intra quod
 consuetudo introducatur, sit *eine rechtsverwehrte Zeit*; ne-
 que dubium est, quin sub illo intelligendum sit tempus prae-
 scriptionis ordinarium. Iam Scabini illi LIPSIENSES ante
 plura secula docuerunt *p*): *das deriene, dem vormals solch*
Gut durch den Lebenherrn auch geliehen, vnd also in der er-
stet vnd vorigen Belebnung auch mit begriffen, so dasselbig
Gut in vorberurter Weise zukommt oder zufellet, ist derselbig
einige Lebenwaar zu geben nicht schuldig: es were denn durch
Gewohnheit, die da 30 Iabr, Iabr vnd tag, wie vorberurt alle-
zeit geubt vnd gehalten, anders hergebracht, eamdem que obrem-
elector SAXO lege, anno 1600. condita, cauit q)

- - ord.

i) Nurnbergische Reformation, de ann. 1525. tit. XXIII. §. 15.
k) Hobenlobisches Landrecht, part. III. tit. VIII. §. 3.
l) Churf. Moritz vnd Herrn Augusti Ausschreiben de ann. 1600. tom. I. cod. August. p. 38.
m) F. Anhaltische erneuerte Landes vnd Proceßordnung tit. XIII. P. 41.
mm) Weimarische Landesordnung de anno 1680. tit. XXIII.
n) Constitutio Augusti, I. tom. I. cod. August. p. 131.
o) Fürstl. Magdeburgische Polizeyordnung, cap. XXVIII. p. 545.
p) der Schoepfen zu Leipzig Urteil, quae editionibus Speculi Saxonicæ antiquioribus sunt adiectae. nr. I.
q) tom. III. cod. August. part. II. p. 379. Exhibet quoque hanc, legem IO. GOTTLOR. KLINGNER, in denen Samlungen zum Dorf vnd Bauernrecht, tom. IV. p. 219.



ordnen und befehlen demnach hiemit, daß in Zukunft überhaupt, zum Beweis des durch langwierige Gewohnheit hergebrachten Lehengelds; folglich auch dessenigen, so auf den Sterbefall zu entrichten, gnug seyn solle, wenn erwiesen wird, daß von den Lebentleuten das geforderte Lehengeld 31 Jahr, 6 Wochen, 3 Tage lang von angestellter Klage gegeben worden; hoc vero posito nec aliud tempus ad introducendam hanc consuetudinem in ducatu ALTENBURGENSI necessarium esse statuimus, quum lege supra memorata nihil aliud de laudemio, quod a liberis exigi potest, requiritur, quam quod sit erweislich hergebracht. r) Merito dein desidero, ut actus illi consuetudinarii ex opinione necessitatis a liberis parentibus suis successuris sint peracti; iure tamen illud praesumitur, quum profecto rusticus laudemium non soluit, ad quod se haud obligatum esse credit. Tandem repetitos hos actus esse oportet: propositio, ex qua argumentamur, plures quoque actus solutionis peractos fuisse eosque uniformes; neque interruptos intra hoc tempus a quibusdam possessoribus, qui parentibus suis succedentes dominis directis laudemium hoc non praestiterunt. Euenit quidem illud minime, vbi dominus misericordia permotus afflictis rustici liberis remittit s); vbi vero sponte eius exactionem omittit, vel adquiescit, quum ipsi id denegatur, maximum per id sibi infert praeiudicium. Quum omnia haec requisita actus, qui consuetudinem nostram procreare debent, habere oportet, rite quoque, illa adesse, dominus probare debet r); nihilo minus

r) in der zweyten Sammlung verschiedener von Zeit der publicirten Landesordnung des F. Altenburg ergangener Gesetze, p. 246.

s) LEYSER loc. memorat.

r) Qua ratione probatio haec instituenta sit, monstrant in primis AVG.

LEYSERVS, diff. de probatione laudemii per libros censuales et litteras inuestiturae, vol. XII. part. II. mediat. ad pandectas, p. 161. 10.
TOD. BECK, loc. laud. et iuris-consulti TVEINGENSES, vol. VIII. collect. consilior. Tubing. p. 201a

nus tamen de rusticis haud queri potest, qui consuetudinem talem, si quoque probata fuerit, stricte interpretandam censent; neque, vt ab vno loco ad alterum trahatur, patiuntur. o)

S. XVII.

QVVM iis, qui ad legem prouocare possunt, qua liberis onus laudemii est impositum, facultas illud ab iis poscendi denegari nequit: iure meritoque domini directi illud petunt, vbi facta, quod consistit vel in *conuentione*; vel *praescriptione*, hoc ius impetrarunt. Si *ex praescriptione* id deriuare volunt, prius id ipsis non est licitum; quam si per tempus, quod ad praescriptionem iurium acquisitionem sufficit, a possessoribus praedii rustici laudemium exegerint. Referre debemus obligationem illud praefandi inter seruitutes. Licet ea reuera sit discontinua; iamdudum tamen a doctissimis iurisconsultis *x)* contra antiquiores inrisconsultos, videlicet, BARTH. CAEPOLLAM *y)*, ANDR. GAILIUM *z)*, DIDAC. COVARRVVIAM *a)*, IO. MYNSINGERVM *b)* ERN. COTEMANNVM *c)*, SAM. STRYCKIUM *d)* atque alios est monstratum, ad acquirendam eam immemoriam praescriptionem non requiri. Necessse itaque non est, vt id de iure laudemiam exigendi statuamus; nihilo tamen minus constat inter omnes iure SAXONICO possessionem XXXI annorum Iemensis ac III dierum; iure autem

E com-

- o) BENED. CARPZOV, *iurisprud. forensi*, part. II, const. 44. def. 12. GEORG. FRANZKIVS de *laudemiiis*, cap. IIII. num. 18. et IO. IOD. BECKIVS de *iure derrast. emigrat. et laudemii*, part. II. cap. II. obs. VII. p. II.
- x) HUGO DONELLYS, *lib. XL. commentar.* cap. 12. PET. MVLIER ad *STERNIVM exerc. XIII. lib. 4C.* FRID. ES, *PVFENDOR-*
- FIVS, obseruar. iuris vniuersi tom. I. p. 67.* et FRID. BEHMERVS, *iur. controu. tom. I. 190.* cum aliis.
- y) *de seruius. cap. 10.*
- z) *lib. II. obseruar. cap. 66.*
- a) *lib. I. variar. resolut. cap. 17.*
- b) *centur. IIII. obs. 53.*
- c) *vol. IIII. resp. I.*
- d) *tractat. de action. sect. III. membr. II. §. I.*

communi mox eam, quae per decem vel viginti annos, mox eam, quae per triginta durauit adesse debere, ubi praescriptionem adquisitam cogitare volumus, prout vel iusto titulo munita sit, vel illa sit desiruta *e*). Haud erratum me spero, si omnia haec ad praescriptionem iuris, de quo iam disputamus, adplico; raro tamen fieri, ut quis eam alleget, merito monendum, quum si quis ab vnus praedii possessore per tempus ad praescriptionem necessarium laudemium exegerit; idem plerumque reliquorum praediorum possessoribus contigerit. Locum dein habet consuetudo et dominus directus rationibus suis sine dubio magis consilii, si ad illam prouocat hancque demonstrat. Ita hoc constat et in promptu est, ut nulla egeat disputatione; ubi vero fundamenram iuris, laudemium poscendi, ponitur in *conuentione*, nil quidem interest, utrum paciscentes consensum suum, quo illam perfecerint, per verba; an per facta declararint; alterutrum tamen adesse debere, natura atque indoles conuentionum clare demonstrat. Quae quum ita sese habeant, sine dubio adest vera conuentio, ubi dominus directus ea conditione rustico investituram impertitur, ut laudemium ipsi soluatur, si ipso mortuo praedium ad liberos perueniat, hacque conditione rusticus praedium accipit, vel dominus illam litteris investiturae inserendam curat; neque eas rusticus refutat; sed acceptat *f*). Neque minus id contingit, ubi libri censuales secundum formam legibus praescriptam *g*) in praesentia rusticorum conficiuntur eorumque consensu in iis traditur, laudemium a liberis parentibus suis successuris esse soluendum *h*) ubi

e) perill. HELLFELD. iurisprud. for. libr. VII. tit. I. §. 629.

f) LEYSER, de probatione laudemii per libros censuales et litteras investiturae, §. XXII.

g) IO. RVD. ENGAV, de forma

librorum, quos Graentz- Lagerbücher, Flubläufer, Erbbücher, und Heberregister dicere solemus, Icnac. MDCCCLVI.

h) BENED. CARPZOV, libr. I. resp. 62. IO. HENR. BERGER oecono-

vbi vero quidquam hac de re dominus priuatim litteris mandat vel eius desiderio ab alia persona, siue sit publica *z*); siue priuata *k*) notatur, illud nullo modo conventionem producit. Neque minus certum est, omnia ea, quae consensum impedire solent, etiam eiusmodi obstare conuentioni, plurimumque legum latores in legibus non sine ratione claris verbis illud sanxerunt, quum iam antiquiori tempore inter dominos directos fuerint, qui voluntatis rusticorum suorum nullam haberent rationem atque iis inuitis indies plus oneris imponere non iniquum ducerent, immo ad agnoscendum id, quod de laudemii litteris investiturae vel libris censualibus inferendum duxerunt, illicitis atque nefariis impellerent artibus. Tandem praeterire non debeo, etiam eiusmodi conventionem stricte esse interpretandam; neque prius liberis parentibus suis succedentibus nocere, quam si in illa nominatim iis quoque laudemii onus impositum, obseruantibus 10. BALTH. WERNHERO *l*) ac AVG. LEYSEROM).

§. XVIII.

Si extra dubitationem est positum, liberos ad soluendum laudemium esse obligatos, vbi parentibus suis succedunt: ordinarie quantitas eius referri solet ad quantitatem pretii valorisque praedii, atque eius in parte quota consistere solet, vti cuilibet est notum. Saepius illud mutationibus esse subiectum, experientia docet, ideoque merito quaestio in medium profertur, cuiusnam pretii in definienda laudemii quan-

E 2 titate

oeconomia iuris, libr. IIII. tit. K) BENED. CARPZOV, libr. I. XXIII. §. 6. et AVG. LEYSERVS, tit. VII. resp. 61. et LEYSERVS loc. memorat. §. 10. p. 170. loc. excip. §. II. p. 170.
l) recte hoc contra DAN. MOL- l) part. VIII. obseruat. 91. tom. LERVM libr. IIII. semestr. cap. 37. II. p. 505. et PISTORIVM, obs. CXIX. num. m) loc. laudar. §. monet LEYSERVS, loc. laud.

titate ratio sit habenda. Eo maiorem attentionem meretur, quum sine pretio illud ad liberos transire solet, vbi per hereditatem ad eos peruenit. Nonnunquam quidem fieri potest, vt eius aestimatio sequatur, si iam plures adsunt heredes, atque vni eorum praedium sit adiudicandum; verum enim vero illud plane cessat, vbi vnus saltem succedit heres. Ne qui id vbique euenit, vbi plures coheredes adsunt et ordinare carius aestimare solet praediolum dominus directus; quam sit pretium a defuncto; vel heredibus constitutum, pro quo vni heredi illud relinquatur. Quae quum ita sint: saepius, si quoque laudemium deberi, inter dominum liberosque patri suo successuros conuenit, noua lis inter vtrosque super quantitate laudemii oritur; eam tamen facili quoque negotio componere possumus; neque opus nobis est, vt cum scabinis LIPSIENSIBVS illam solum modo ex obseruantia recepta decidendam censeamus *mm*). Distinguere debemus, vtrum moribus sit introductum, vt ad pretium, pro quo defunctus rusticus illud emit, respiciatur; an id haud sit receptum. Si eiusmodi consuetudo non adest, merito secundum pretium, quod fundus laudemialis tempore mortis domini directi habet, quantitas laudemii est definienda. Animaduertentur id plures iurisconsultorum, videlicet GEORG. FRANZKIVS *n*) BENED. CARPZOVIVS *o*) IO. BRUNNEMANNVS *p*) CASP. HENR. HORNIVS *q*) IO. BALTHAS. WERNHER *r*) ac IO. IOD. BECKIVS *s*) nec perspicio, qua ratione in aliam sententiam

mm) apud IO. BOTTL. KLING- reus,
NERVM in den Samlungen zu dem *q*) *class. XVI. consuli. resp. XIX.*
Dorf und Bauersrecht, tom. IIII. p. 1263.
cap. II. §. 25. p. 169. *r*) *part. VIII. obs. 92. tom. II.*
n) *de laudemis, cap. 5. num. 26. p. 505.*
o) *libr. I. resp. 90.* *s*) *de iure detract. emigrat. et lau-*
d) *ad L. fin. C. de iure emphy- demii, part. II. cap. XV. obs. 16.*

tiam discedat 10. GOTTE. KLINGNERVS. ^{t)} Benigniorem eorum sententiam censet 10. HENR. BERGERVS ^{v)}, qui ad pretium, in vltima emtione venditione constitutum, respiciendum esse putant. Fieri quidem potest, vt minus soluere debeant rustici, quum istius ratio habetur, ac iam carius aestimat dominus praedium, quam emit defunctus; ponamus autem iacere iam pretia praediorum, quum possessor diem supremum obiit, profecto plus oneris rustico imponeretur, si quantitas laudemii dimetienda esset ex pretio, in emtione statuto. Non dubito itaque; quin in supra memoratorum virorum sententiam discedam meritoque statuo, neque impedire posse heredes; quo minus aestimatio fiat ad eruendum rerum pretium a taxatoribus. LIPSIENSES ^{x)} haud ita pridem taxationem praedii aderuendum rerum valorem non; nisi dolus concurrat; vel aliter conuentum, in responso permittere voluerunt; verum enim vero id solum intelligere possumus de laudemio, quod pretio in emtione semel constituto ab emtore sit soluendum. Alia est ratio laudemii mortis causa praestandi. Hoc loco non semper, vti supra tradidi, verum pretium eruitur a successoribus ideoque nihil restat; quam vt aestimatio fiat iudicis auspiciis peragenda. Haec quum obrinet, vbi supra memorata consuetudo non est in vsu, eius quidem sine dubio ratio est habenda, vbi locum habet; verum tamen animaduertendum est, illam secundum naturam consuetudinum non praefumi; sed probandam et probatam stricte interpretandam esse. Vbi itaque secundum illam ad pretium in definiendo laudemio respicitur, pro quo pater liberorum, a quibus id exigitur, emit, extendi nequit, vbi quoque de-

E 3 fun-

^{t)} in den Samlungen zum Dorf III. tit. v. thes. XXVIII. nos. 10. und Bauernrechte, tom. IV. cap. 11. p. 517.

§. II. p. 154.

^{x)} apud BERGERVM, oeconom.

^{v)} elect. discept. forens. tit. XL. iur. libr. III. tit. v. thes. XXVIII. p. 1226. et oeconomia iuris, Lib. nos. II. p. 517.

functus a patre vel auo suo per hereditatem accepit, ad pretium, quod defuncti parentes pro fundo soluerunt, quumque illa, vti patet ex antea traditis mox domino directo: mox colono utilis esse potest, probe dispiciendum est, vtrum illa in huius; an in illius; an in vtriusque fauorem sit introducta, quoniam eo in casu, quo in vnius saltem partis gratiam recepta est, ille, cuius in fauorem tendit, ei quoque renunciare potest.

§. XIX.

Vbi euenit, vt laudemium nostrum sit soluendum: aut vnus heres adest, qui patri suo succedit: aut ad plures heredes fundus laudemialis peruenit. Si prius accidit, vnicum saltem laudemium debetur: vbi autem plures adsunt heredes, aut communi nomine praedium possidere decernunt; aut coheredi illud in hereditatis diuisione adiudicant. Quamdiu communionem continuant: acquiescere debet dominus in illo laudemio, quod sub nomine *der gesamen Lebenwaare* est notum; neque aliud ab iis exigere potest. Raro id gratum esse solet dominis directis et ideo plerumque coheredes cogunt, vt diuidant: fundum laudemialem vni eorum adiudicent et per id ipsis nouum procurent lucrum; rustici vero non semper voluntati dominorum morem gerere eorumque auariciae atque insatiabili rerum cupiditati satisfacere volunt. Si secundum consuetudinem rite receptam facultate fruuntur domini, a colonis suis postcendi, vt si praedium ad plures peruenit heredes, vni eorum relinquatur, illorum mandato parendum est *yy*; vbi autem illam obti-

yy) eo nomine memoratu profecto digna sunt, quae in *ordinatione Vmariensi* tit. 24. atque *ordinatione prouinciali Goebana Part. II. cap.*

II. tit. 18. cauta sunt.

yy) Talis mos non est inuictatus: immo praecipis iuris Germanici antiquioris omnino conuenit. Quum saepius

obtinere, monstrare non possunt, communionem prohibere non possunt. vti IO GOTTL. KLINGNERVS & belle monstra-
uit. Quid vero quaeso obtinet, vbi res ad diuisionem perue-
nit atque fundus vni coheredum adiudicatur? Eo in casu do-
minus denuo laudemium petit et vt nomine vel minime id
distinguat ab eo, quod iam accepit, *das sonderbahre, das
sonderbahre Annehmebn* vocat. Antiquiores Iurisconsulti
illius fautores non extiterunt, et licet MATH. COLERVS a)
rd non iniquum esse fateatur, iurisconsultos tamen IENEN-
SES id domino denegasse ANN. CHR. IOCCCXXV. addit.
Eandem sententiam fouent iurisconsulti LIPSIENSES b)
atque in his praesertim BENED. CARPZOVIUS c); verum-
tamen non negare possumus, laudemium illud singulare
vsitatum esse. Oritur saltim quaestio; num dominus directus,
qui facultate praeditus est, commune laudemium a liberis
petendi simul ipso iure singulare laudemium exigere queat;
an docere debeat, antequam hoc fiat, ipsi ius illud petendi,
competere. Existimarunt hoc antiquiores LIPSIENSES d)
prudentes: ego vero distinctionem quamdam adhibendam
censeo. Supra iam monstraui, ipsi iuri communi conueni-
re, vt si vnus coheredum partes praedii hereditarii, quas
reliqui habuerunt, in diuisione sibi adquirat, ob illas laude-
mium praestet. Haecce regula nullam fere admittit exce-
ptionem, quumque laudemium, quod iam est solutum an-
te

factus domini eligerent vnum ex filiis, cui praedium sit tradendum, vt copiosius DAVID. GEORG. STRUBE *com. de iure villicorum cap. VIII. pag. 304.* IO. GVIL. GOEBEL *de iure et iudicio rustico- rum, cap. IV. p. 225.* FRID. ES. PVENDORF, *tom. III. obs. 182. et ill.* IO. HENR. CHRIST. DE SELCHOW *de differentiis praedior. rusticor. et feud. praesertim quoad successionem p. 40.* exponunt.
a) *loc. excis.*
b) *decis. XXXIII.*
c) *apud CARPZOVIUM part. II. const. 32. def. 23.*
d) *loc. cit. et lib. I. resp. 88. p. 179.*
e) *apud CARPZOVIUM, lib. I. resp. LXXXVIII.*

te diuisionem ideoque non ob illam est praeslitum, ex eo merito colligo, dominum, si solum id petit ob reliquorum coheredum portiones, iure statim id postere posse; neque adiegare debere obseruantiam; vel conuentionem; vbi vero latius adhuc progreditur atque etiam a possessore, vt nouum ob suam portionem soluat laudemium, petit; prius id desiderare nequit, quam si consuetudinem; vel conuentionem, quae hoc nomine pro ipso pugnat, probauerit.

§. XX.

QVVM laudemium nostrum prius cogitari nequit; quam si possessor praedii rustici vitam cum morte commutauit et per hanc illud ad liberos heredes suos legitimos transtulit; ante omnia mors est expectanda ac regulariter illud laudemium, de quo nos disputauimus, penitus cessat, si rusticus fundum suum laudemialem inter viuos in alium, siue sit filius eius; siue extraneus, transtulit. Vnum quidem laudemium dominus accipit et quidem illud, quod ex emtione venditione; siue alio contractu inter viuos celebrando ipsi competit; priuatur tamen spe duplicis laudemii post mortem possessoris lucrandi. Hanc ob rem IO. HENR BERGER iure quoque statuit, rusticum liberare posse liberos suos ab onere duplicis laudemii per adiudicationem praedii vni eorum ipso viuo factam; neque impedire posse dominum talem translationem. Profert hoc nomine responsum a iuriscultis VITENBERGENSIBVS pronunciatum, quod haec omnino confirmat, ac IO. GOTTL. KLINGNERVS f) sententias plures dicasteriorum Saxoniorum producit, quae dominum directum confirmationem contractus talis eo nomine, quod ille duplici laudemio priuatur, denegare non posse statuunt; nihilo tamen minus nonnunquam domini sibi stipulari solent, vt

e) *consil. iuris, conf. DCLII. p. 590.* f) *in den Samlungen zu dem Dorf und Bauernrecht tom. IV. p. 100.*

si rusticus aetate prouectus vendere vellet praedium, laudemium commune mortis causa soluat. Aliis hac in re certa fauet obseruantia: immo leges quaedam notandae sunt, quae rationibus dominorum prospiciunt. In constitutione ALTENBURGENSI *g)* distinguitur, vtrum possessor sit sexagenarius; an sexaginta annos nondum attigerit, quum venditionem iniret, ac statuitur, vt si sit sexagenarius, a heredibus laudemium mortis causa soluendum, exigi queat; ex rescripto autem FRIDERICI AVGVSTI *h)*, Poloniarum quondam Regis ac Electoris Saxoniae patet, in episcopatu Numburgensi reseruari solere laudemium mortis causa praestandum in quacunq; translatione praedii, inter viuos facta; neque vilo modo aetatis venditoris rationem haberi. Si eiusmodi lex; vel conuentio locum habet, prius quidem laudemium hoc peti nequit; quam si mors sit sequuta: eo nomine tamen, quod praedium inter viuos sit translatum, non semper denegari potest. Est reuera illud laudemium, quod *die Sterbelehmmaere* vocatur; vsque eo tamen haud procedere debet dominus, vt quum nulla post mortem sequatur adiudicatio praedii; sed ea iam viuo possessore facta, atque ob illam laudemium solutum, praeter illud duplex post mortem poscat laudemium; sed vno merito contentus esse debet.

g) Mandat. d. d. Altenburg d. 12. 346.
Jan. 1770. Existat in der zweyten *h)* rom. III. cod. August. part.
Samlung der Altenburg. Gesetze, p. II. p. 1302.



GENE.



GENEROSISSIMO AC DOCTISSIMO

HENRIC. EHRHARD. AB EICHELBERG

S. D. P.

P R A E S E S.

Elegantia morum aequae ac praeclara cupiditas tua, legitimis in disciplinis atque litteris, quae cum illo consociatae sunt, humanioribus proficiendi atque ad illarum perfectam solidamque perueniendi intelligentiam, ita te omnibus, quos nostro in musarum domicilio adiisti, commendarunt, ut quilibet profecto te hodie laeto animo contempnat ascendere in locum, ex quo primos laborum tuorum fructus, magnam scilicet laudem ac gloriam, es reportaturus. Eo maiore iure iis, qui hoc nomine plausibus te prosequuntur atque adclamationibus, me adgrego, quum me imprimis testem ac spectatorem esse volueris laudabilis tuae industriae, meque eligeris, qui te in conflictu, quem meditaris, litterario, comitarer. Bene recordor illius temporis, quo priuatis in certaminibus atque meis recitationibus egregia exhiberes progressionum in iure factarum documenta eademque ob rem exoptatissimum tibi auguror certaminis tui exitum. Deus te in posterum una cum generosissimo tuo patre, quem honoris causa nomino, seruet: omnia quae es suscepturus, ex animi sententia succedere iubeat ac campum tibi aperiat, quo virtus tua excurrere queat commodisque reipublicae diutissime inseruire. Vale meque fauere profectui perge. Ienae, d. xviii. Oct. anno post reparatam salutem, CIOICCLXXVII.





Jena, Diss., 1775-77


ULB Halle
004 216 229

3



1078







DISSERTATIO IVRIDICA

DE

L A V D E M I O
A LIBERIS PARENTIBVS SVIS SVCCESVRIS
SOLVENDO

QVAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

D O M I N O

C A R O L O A V G V S T O

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE

ET GVESTPHALIAE REL.

PRAESIDE

C A R O L O F R I D E R I C O W A L C H I O

IVR. DOGT. COD. AC NOV. PROF. PVBL. ORD. SERENISS.

DVC. GOTHAN. ET ALTENBVRG. CONSILIAR. AVLICO

CVR. PROVINC. SAXON. COMMVN. AC IVRECONS. ORDINI

NIS ADSESS. SCABINOR. COLL. SENIORE SOCIET. LAT.

IENENS. EPHORO ET FLORENTINAE COLUMBARIAE DVISE,

AC BREMENS. LITTER. COLLEGA

D. XVIII. OCTOBR. MDCCCLXXVII.

PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI

SVBMITTIT

A V C T O R

HENRICVS EHRHARDVS AB EICHELBERG

EQ. ALTENEVRGIC.

SOC. LAT. IENENSIS COLLEGA

I E N A E

LITTERIS STRAVSSIANIS.